



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Evangelistarivm M. Maruli Spalaten. opus vere  
euangelicum, sub fidei, spei & charitatis titulis in septem  
libros partitum**

**Marulić, Marko**

**Coloniæ, 1532**

**VD16 M 1298**

Quare creatus diabolus. cap. 10.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35578**

rit, acrius impugnaberis vt cogitata opere perficias, & fortasse crebriori certamine labefactus, tãdẽ succūbes.

### ¶ Quare creatus diabolus. Cap. X.

**Q**uare inquit aliquis, & creatus est dæmon, si tam malus erat futurus, atque homini ad similitudinem dei facto tã inimicus ac tã infestus? Factus fuit quidem angelus dei, & cum reliquis beatis eiusdem generis in cælo spiritibus beatitudine frueretur aterna. Et licet futuri præsciens deus nosset illum per arrogantia vitium a statu suæ conditionis repellendum, sciebat tamen iustis expedire vt crearetur, ne videlicet deesset illis aduersarius, cuius molestia ad prælium exerceantur, & tandem victoria potiti, gloriosius coronentur. Hac de causa profecto etiam malos homines in mundo nasci ac viuere credimus, non ad suam ipsorum qui damnandi sunt, sed ad illorum qui saluandi vtilitatem: vt cum nullo malorum odio, nulla persecutione, nullis iniurijs a iustitiae pietatisque proposito repelli potuerint, multo plus gratia sibi apud deum comparent, quam comparassent, si nihil in vita aduersi paterentur. Ad hæc ipsa summi rerum opificis prouidentia cum bona multa condidisset, etiam mala quædam his contraria fieri iussit, vt bona malorum comparatione optabiliora redderet. Paradisum itaque magis desideramus, quia scimus & infernum esse. vitam propter metum mortis plus diligimus. Lucem iucundiores nobis facit molestia tenebrarum, sanitatem anxietas ægrotationis præstat gratiorem. Et vt ad virtutis culmen studiosius niteremur proposita peccatoribus supplicia compulere. Ergo & diabolus ideo creatus, vt eius sceditate offensi, magis affectaremus inferi cõsortio angelorum. At etiam quæri potest, quomodo diabolus adhuc pugnat, cū Paulus dicat, quod Christus dominus exuerit principatus & potestates triumphans eas in ligno crucis? Potestas quidem diaboli per crucem Christi ita fracta & triumphata est, vt eos ille dimittere liberos fuerit coactus, q̄s ei

Coloss. 2.

primorum parentum crimine corrupta origo subdiderat, quosque idem idolorum cultura subuersos iugo pernitiosæ seruitutis oppresserat. Cessauit itaque mundus dæmones pro dñs habere post euangelij vulgationem cessauit & infernus esse fidelium animarum receptaculum, cum Christus in cruce se confitentibus promittere cepit paradisum. Coluber tamen tortuosus hac tanta potestate exutus, aliud fallaciarum genus commentus est: disseminare hæreses cepit & ad vitia concitare. Atque hoc illi permittum sicut diximus, vt sanctorum robur atque constantia innorescat & scelesti tunc saltem cum damnati fuerint intelligant, quam immundo spiritui obsecuti sint, quam bono domino derelicto. In istos igitur & p iustis in Isaiâ exclamat deus. & ait: *Esaiæ. 55.* Ecce ego creauit fabrum sufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus suum, & ego creauit interfectorem ad disperdendam omne vas, quod fictum est contra te, & omnem linguam resistentem tibi, iudicio iudicabis. diaboli itaque vasa sunt, qui erroribus catholicam fidem impugnant, atque ab ñs qui pro veritate resistunt damnandi, vt & victi pœnas. et victores gloriam sortiantur. Sequitur enim: Hæc hæreditas seruorum domni & iustitia eorum apud me dicit dominus.

### De nominibus dæmonum proprijs. Caput xi,

**A**D hæc vt plenius dæmonum deprauata natura nobis nota sit, scrutemur in scripturis, nam varie aliquando appellati fuerint, & ipsa nominum diuersitas diuersa illorum vitia monstrabit. Atque vt a proprijs peculiaribusque incipiamus dæmones vocantur, nō quia dæmones, id est, scientes sint, sed dimenim (vt Eusebius inquit) hoc est, terrere consueuerunt. Terrorem enim sunt nobis cum visibiles apparent. Diabolus appellatur, q̄a peccatorum accusator est quem em̄ græci diabolum eum nos criminatorem dicimus. Satan̄s. & Zabulon Hebraicum est. hic fluxus noctis interpretatur, ille aduersarius, quoniam in tenebris dæmonum